

potest excusare necessitas; cum tamen incendiariorum atrocitatem nihil sit quod possit excusare. Non solum ergo rapiunt, sed diripiunt.

Y en resistencia y de sacato calificado contra las Injusticias Reales. Ut crimen hoc exceptum reputari debeat, argui ex seruis D. Inquisitorum potest, de quibus iam dictum. Si enim illi ex presumpto armorum abuso laicus iudicibus subiiciuntur, quanto potior iure id afferendum de his, qui Regius iustitia ministris armorum oppositione resistunt? Item ex Caput. 5. de Familiaribus, qui mercimonio vacant, & Regia iura defraudent. Multo est autem deterius, & magis Regiae auctoritat contrarium, Regius obstat ministris, & graues ipsi iniurias ore, manu, aut alteri irrogare. Id quod in Regis Consiliariis vel Auditoribus, & Togatis quibusque manifestius.

155 *Y en otros delitos mayores que ellos.* Licit ergo in Capitulis multa expressa non sint, ex ibidem appositis ad grauiora potest argumentum derivari.

Y asi mismo en los casos tocantes a los Oficios &c. Hoc in Capitulis exprefsum habetur. Posunt ergo & vetus & noua Concordia iuxta expositionem datum conciliari. Cur autem non sit in noua cum antiqua expressione prolatum, non est anxiè inuestigandum, cum hoc ex disponentium pendeat voluntate. Quod quidem sic à media velim, ut Supremi Tribunalis censura, immo & aliorum melius sentientium ea, sicut & alia, submittam.

Pro exemptione in Civilibus

COROLLARIUM.

156 **E**t prædicta quidem quoad criminalia procedunt, vt vidimus. In cauſis autem ciuilibus, de quibus, & num. 142. existimat P. Palau Tomo 1. Tract. 4. Disput. 8. Parte 12. §. 2. num. 9. solum habere locum respectu Officialeum, qui sunt à secretis, iij enim tantum conueniri & conuenire debitores posse coram DD. Inquisitoribus, non autem alijs officiales exteri. Et idem vt probabilius tradit Thomas del Bene de Immunitate Ecclesiast. Parte 1. Cap. 14. Dubit. 14. numer. 13. sed doctrina prædicta non videtur vi proponitur amplectenda, sed potius contra se habere proxim & rationem: ne scilicet in executione officiorum ad alia ducti tribunalia præpediantur. Et ita Dom. Solorzani Tomo 2. Lib. 3. Cap. 24. n. 59. ad omnes id salariatos extendi vt certum statuit. De aliis ergo alteri sentiendum, pro quibus num. 142. citato. Videatur Diana Parte 4. Tract. 8. Resolut. 55. qui rem testigit, nec tamen plenè discussit.

Circa casum peculiarem, de quo nuper oborta quæſtio, R. resolutio utilis, cum doctrina multipliciti, exemptionem in criminalibus concernente.

157 **S**inquisitionis Tribunalis ab homine omnipulento & pio patronatus est operum piorum relictus, & in iis eximi cuiusdam pro cœnutriendis & educandis vtriusque sexus expositi,

Quod adeò expediens visum est pro bono publico, vt ab Illustrissimo Dom. Inquisitore Generali iustum fuerit eam solitudinem retineri. Et in bonis quidem defuncti, ac vxoris eius, in coeteriam pietatis officio confortis, prædium fuit satris opimum, quod seruis Aethiopicis colitur, quibus Hispani nonnulli præsunt. Ex iis vnu mortuus est inuentus, lucente adhuc sole, suo in leto, miserandum in modum, & interfectore non cognito (qui sanè vnu esse non potuit) terribile Dei iudicium expertus: circa quod multa dici possent (dudum enim fuerat à Societate dimissus non sine infelicitatis tantæ præfigio) si id locus præsens pateretur. Et dubitatum quis iudex ea in causa futurus. Quod li S. Tribunal? Quis in eo tenendus ordo, & quibus cautionibus irregularitatis periculum fugiendum. Et vt iudex laicus ordinarius futurus sit videntur satis efficaciter sequentia demonstrare.

158 Primum. Nam licet familiares DD. Inquisitorum gaudent priuilegio fori in ciuilibus & criminalibus, vt est communis sententia Doctorum apud Narbonam *suprà*, *Glossa* 1. num. 10. & seqq. P. Fragorum Tomo 2. de regimine Christianae Republica, Lib. 5. Disput. 13. §. 10. num. 15. Diana Parte 4. Tractat. 8. Resolut. 55. DD. Nicolau Rodriguez, Fermosinum Inquisitorem Vallisoletanum Parte 2. de Iudicis, in Cap. Si quis contra quæſtio. 16. num. 1. vbi ait circa hoc non esse dubium. De quo & in Cap. Cum contingat quæſt. 11. & alios. Quod in familiaribus captiuis posteriori ratione locum habere probat Narbona ibidem, numer. 33. & 34. & D. Fermosinus in Cap. Cum contingat, Quæſt. 12. num. 7. Debent tamen familiares huiusmodi esse propriæ tales: quod vt verificetur, communiter affirmant Scriptores debere expensis eius sustentari, ad cuius dicuntur familia pertinere. Pro quo Narbona *suprà*, num. 39. & 51. D. Fermosinus circa Caput super citatus Quæſt. 11. num. 1. & Quæſt. 14. num. 2. Diana Parte 9. tractat. 1. Resolut. 6. Trullench in Bullam Cruciati, Lib. 1. §. 3. Dub. 5. numer. 2. Barbosa de potestate Episcopi, Allegat. 5. numer. 20. P. Suarez Tomo 4. de Religione, tractat. 10. Lib. 9. Cap. 4. num. 14. P. Quintanad. Tom. 1. tract. 7. Singul. 32. num. 8. P. Mendus in Bullam, Disput. 15. num. 8. P. Bardi in eisdem Parte 2. Tractat. 2. Cap. 3. Sect. 1. num. 4. & alij apud ipsos, fauente Textu, quem adducit P. Suarez ex Cap. ultimo, de verbis. Significat. in 6. ibi: In suis expensis continuis domestici commensales: Atqui in nostro casu familiæ & serui non aluntur expensis DD. Inquisitorum, quorum neque dominij sunt, sicut neque prædium ipsum. Estque id iuxta norissimam proxim, ex quâ habetur executores testamentorum, seu patronos ex testamento ad pia opera, non esse bonorum dominos, quæ pro talibus operibus sunt relicta, sed ad summum administratores: quia neque hæredes, neque legatarij: hæres enim opera ipsa pia sunt, vt videri potest apud P. Molinam Disputat. 134. in principio, iuxta receptissimam doctrinam loquentem. Ex quibus videtur legitima consequentia deduci præfatos famulos & seruos non esse propriæ familiares.

159 Secundum. Quia vt constat ex Cap. 4. Concordia, de quo numer. 37. Nigri portantes arma cum Dominis non comitantur, puniri à

laicis

Circa Titulum XX. & Concordia S. Inquisit.

37

laica Iustitia possunt: multo ergo magis cum male armis utuntur, & præsertim cum atrociter occidunt, vt in cauſi, de quo dictum. Propterea namque puniri posse portantes arma, quia nocturni cildem præsumuntur: igitur multo id potius cum reiſa nocent: nam propter quod unumquodque tale, & illud magis & effectus maiorem pœnam meretur, quam affectus, iuxta omnes.

160 Tertium. Quia in Capitulo 13. eiusdem Concordia disponitur DD. Inquisitores, & Ministros, si in bonis aliquibus litigiosis succedant extestamento, aut alio titulo, non debere causam ad S. Tribunal auocari, sed in eo terminari apud quod est inchoata; sive ad quod per appellationem deferenda, de quo numer. 50. In bonis autem huiusmodi posse esse serui. Ex quo sequitur in primis non esse omnino alienum ab Inquisitoria auctoritate, vt apud laicum iudicem causa aliqua ad eam spectans iudicetur. Deinde, circa propria bona priuilegium fori negari: ergo multo id potius iuxta ea, quæ proprietalia non sunt, quales serui in cauſi nostro. Præterea, causa dictæ auocari non debet, ne iudices, apud quos inchoata, iurisdictionis exercito, in quo sunt, tali auocatione priuentur, & ne pars colligans molestiam patiatur, de quo citat. num. 50. In casu autem nostro Regij Ministri similiiter priuandi, & pars etiam, quæ esse potest, si quisquam sit occisi propinquus, tali molestiâ grauandus. Simili ergo modo est de illo iudicandum. Et licet in praefato Capitulo de ciuilibus tantum agatur, ex quibus ad criminalia non est efficax argumentum, vt in Familiaribus constat, magis quoad criminalia priuilegiatis, vt ex Concordia patet. Efficax tamen videtur illatio: quia prima ratio, de independentia à tribunali laico, ob indecentiam in illa, in quo non parua vis ponitur; dispositione prædicti Capituli penitus cessat. Secunda de dominij defectu magis urget. Tertia autem, iam vidimus quale habeat similitudo momentum. Et licet de ciuilibus ad criminalia non bene arguitur: vbi pro istis specialiter est priuilegium: vbi tamen prouisum non est & ratio pro illis æqualis militari, benè fundari illationes possunt.

161 Quartum. Iurisdiction, quam S. Tribunal circa cauſas huiusmodi habet, tota est à Rege, vnde in Concordia & ampliatur & restringitur, prout illi placet & iudicat expedire, vt eruditè probat Basilius Legionensis de Marmitio, Lib. 5. Cap. 12. numer. 15. 17. & seqq. Est autem Regia intentionis, vt qua ad iurisdictionem spectant, minimè in priuilegiatis amplientur, per quod minori, & minus timeri Regia videtur auctoritas. Quod constat ex variis schedulis, de quibus D. Solorzani Tomo 2. Lib. 3. Cap. 24. num. 6. 1. & ex toto tenore Concordia. Ampliatio autem valde exorbitans appareat ea, de quâ agimus, pro quâ nullum extat in Regia concessionē vestigium. Et quidem extensiones & ampliations iurisdictionis in Inquisitoribus valde reprehensibiles iudicantur: vt videri potest in Allegatione peculiari D. Christophori Molcosi Regij olim Fisci in supremo Castellæ Consilio Patroni num. 75. pro D. Molculo stat D. Fermosinus in Cap. Cum contingat, Quæſt. 12. numer. 13. quod confutendum: quidquid de Iure sit. Cuius positionem ex hoc

NNN 3 quod

cularium delinquentium ordinariis iudicibus afferuntur: striè ergo interpretandum est, iuxta communem Doctorum sententiam. Quod specialiter in materia familiarium loquens, probat P. Bardi *soprà*, Sect. 7. numer. 70. & Diana Resolut. 6. citat. Et ab hoc generali doctrinâ non cle S. Inquisitionis Tribunal eximendum, quantumvis priuilegium, ex eo ostenditur, quia pro tali exceptione nullum extat fundamentum, neque pro eo debent Iuris Sanctiones immitari. Et item quia de priuilegiis Inquisitionis loquendo, & specialiter in materia iurisdictionis, id statuunt Doctores. Sic enim priuilegium extat Urbani IV. per quod habetur Officiale Inquisitorum non posse à quoquem Ecclesiastico Prelato Censuris ligari. Eo tamen non obstante ab Ordinariorū iurisdictione exemptos non esse in iis, quæ ad officia Inquisitionis non spectant, & ita posse ligari Censuris, tener cum alijs P. Fragosus *soprà*, §. 9. numer. 103. quia priuilegium pro eo speciale non extat, & prædictum Urbani non debet ampliari adest generali, & sic odiosâ Praelatis exemptione. Priuilegium item inquirendi contra mortuos, hæreticos, non extendit ad fautores, receptatores, & defensores, vt cum aliis tener. Author idem §. eodem, n. 106. quia propriæ heretici non sunt, & ita priuilegium dictum nequit extendi contra L. Desunio, D. de publicis iudicis, iuxta quam omnia crimina morte extinguuntur. Suspecti etiam de hæresi post mortem damnari nequeunt, vt cum aliis tener Diana Parte 4. Tractat. 7. Resolut. 28. §. 4. Advertens, & Alberginus in Manuali, cap. 36. num. 4. alios adducens, & sic sunt alia.

163 Tandem supremum S. Inquisitionis Concilium hac in parte valde se circumspicit exhibet, & in fauorem Regiae auctoritatis multa dissimulat, tum de iis non curando, sive familiares sunt sive officiales, quia apud Regia tribunalia cauſas suas iudicari malunt: tum puniri etiamsi reus propter delicta aliqua, eti non excepta: pro quibus videri potest Narbona *Glossa* 2. 1 & D. Thomas Carlevalius de iudicis & foro competenti Lib. 1. Tum. 1. num. 322. Valde ergo ab illius intentione videtur alienum iurisdictionem inferiorum tribunalium ad ea, quæ in hoc genere sunt parum Iuri & praxi conformia, se non consulto, vt in cauſi, de quo tractamus, extendi.

Et hæc quidem partem negantem videntur non leviter comprobare. Pro affirmante autem sua etiam rationes occurunt, quas, vt a me sunt excogitatae, sicut & precedentia fundamenta, subiectam, ex quibus sit.

164 Prima, & fundamentalis. Nam familiares DD. Inquisitorum foro illorum gaudent, vnde multo id potius familiares ipsius S. Tribunalis; quæ est veritas inconclusa. Vnde cum sine qui hoc negent familia Episcoporum, immo & Nuntiorum Apostolicorum, respectu tamen eorum, de quibus loquimur, id ingenue protestantur: vt videri potest in Allegatione peculiari D. Christophori Molcosi Regij olim Fisci in supremo Castellæ Consilio Patroni num. 75. pro D. Molculo stat D. Fermosinus in Cap. Cum contingat, Quæſt. 12. numer. 13. quod confutendum: quidquid de Iure sit. Cuius positionem ex hoc

quod negare de familia Inquisitorum non potuit; impugnat Diana Parte 6. Tractat. 2. qui est totus contra ipsum, & specialiter Resolut. 9. in principio. Videantur citati num. 158. Atqui serui, & idem dictum sit de seruitoribus aliis, non darijs, & fortuitis, sed diuturnis ac salariatis, licet omnes etiam diurnos priuilegio gaudere teneat Narbona *suprā*, *Glossa 1. num. 27.* pro quo & plures alios adducit Diana Parte 3. Tractat. 1. Resolut. 47. & D. Fermosinus *citatā Quæst. 12.* Narbonæ sententiam amplexus. Sed familiares à seruitoribus discernit aperte S. Congregatio apud Barbosam in *Collectaneis Bulliarū*, V. Confessaria primo, ex quo Lezana Tom. 2. Cap. 16. num. 16. verba illius sunt: *Communes commensales, non tamen illorum, qui defuerunt in Monasterijs.* Et de approbatione necessaria agitur ad eorum audiendas confessiones. Atqui inquam serui sunt familiares in sensu non proprio: gaudent ergo foro. Maior constat, & Minor ostendit: nam serui DD. Inquisitorum idem familiares dicuntur, quia eorum sunt, & ut partes quadam ipsorum, vt apud Narbonam videri potest num. 158. adductum, ab eisdem gubernantur, quorum & imperio ac dispositioni subduntur. Hæc autem seruis patronatus competunt, quorum DD. Inquisitores habent, sicut & prædicti, plenissimam administrationem, in quo, cum liber, eisdem assitum, & eorum mandatis major præstatur obedientia, quam defunctis dominis præstabatur. Sunt igitur non propriè familiares.

165 Iam quod administratio talis sufficiat, vt præmium dictum eum omnibus, quæ in eo sunt; vnde & cum seruis, S. Inquisitionis dici possit, ex eo ostendō, quod in Beneficijs cernitur, quorum proprietatem Beneficiarij dicuntur habere, cùm illis est facta collatio, ad distinctionem interinaria possessionis, propterea quod illorum habeant administrationem, vt constat ex Cap. *Requisiti de testamento*, s. Illud, ibi: *Eum qui potest proprium possidere: prælationem vel administrationem Ecclesiæ non habentem.* Cap. *Expedit.* & Cap. *Finali*, 12. quæst. 1. Pro quo & videndum P. Molina *Disput. 3.* s. *Addit. Bartholus.* Cùm ergo in nostro casu plenissima administratio sit, ad effectum, de quo agimus, simile fundamentum extabit, vnde & pro foro est legitima consequentia.

166 Secunda. Quia licet serui prædicti non sunt familiares propriè; quia tamen non omnino abusue tales dicuntur, potest ad illos priuilegium exemptionis extendi, eo quod priuilegium talis sit favorabile, & ex eius vsu nullum cuiquam suboritur detrimentum. Est autem communis doctrina in talibus posse verba etiam impropriari. Propter quam P. Pellizarius in *Manuali Regul.* Tomo 2. Tract. 8. Cap. 2. Sect. 2. n. 149. de familiaribus loquens, singularem quamdam facit extensionem, de quâ inferius ad *Primum*, sicut & allorum. Et fauet L. *Cum quidam. D. de liber. & posthum.* Quod autem priuilegium favorabile sit negari nequit, cùm sit in favorem Tribunalis sancti concessionem, ad eius auctoritatem augendam, quam bono publico iij, qui concesserunt, sunt utilessimam arbitrati. Pro quo multa extant Regia rescripta, & pro Indiis videri potest Dom. Solorzanus *citat. Cap. 24.* Et detrimentum nullum

quiquam ex tali vsu creari, ex eo liquet, quia si alicui, maximè iudici, è cuius tribunalis causa auocatur, at hoc detrimenti nihil habet, sed diminutio laboris in molestissimo negotio, qualia esse criminalia solent. Et cùm ea, de quibus loquimur, Inquisitorem tangat, nullus erit, qui non libenter ab iis se exoneratum gaudeat, né, dum ea tractat, aut iustitiam proprie humanum respectum violet, aut eam seruat, Dominorum indignationem incurrit, dum ipsi aliter possunt de causa meritis iudicare.

167 Tertia. Nam in seruis dictis, & aliis, similis est ratio ac in propriis, etiam dicamus non esse familiares: atqui hoc sufficit ad extensionem priuilegij: potest igitur conuenienter extendi. Maiorem probo, quia vt vidimus numer. 164. plenissima dominorum gubernationi non minus quam propri serui subduntur, & si eorum causa apud secularia tribunalia esent tractandæ, id Dominis valde esset incommodum, neque Tribunalis sancti auctoritati conforme. Minor autem probari efficacissimè potest ex concessione Vrbani IV. de quâ numer. 162. Pontifex siquidem in illâ de Inquisitoribus tantum, & eorum Notariis loquitur: & tamen Doctores illam ad alios Officiales extendunt propter similitudinem rationis, licet reuerâ Officiales alij dici. Notarij nequeant, etiam in proprio. Pro quo Pater Fragotus *citat. n. 103.* & D. Fermosinus *suprā*, plures adducent n. 43. Est ergo efficax consequentia.

168 Quarta. Quia Regium priuilegium circa exemptionem familiarium in favorem fidei tendit, pro quâ constat Tribunal sanctum militare: ergo ex eo titulo debet specialiter extendi, etiam familiarium nomen non ita consoner. Quod quidem ex eo ostenditur, quia favore fidei in penalibus sit extensio. Vnde cùm in Cap. *Contra Christianos*, de hæreticis in 6. statuatur, vt possint DD. Inquisitores cognoscere de transcurrentibus ad sectam Iudæorum, id Doctores ad transfeudentes ad quamcumque sectam infidelium extendent. Et favore fidei sit extensio, vt specialiter loquitur Rojas, de hæreticis *Parte 1. num. 124.* stante eadem ratione.

169 Quinta. Quia si DD. Inquisitores in casibus huiusmodi dependentiam à laicalibus tribunalibus esent habituri, minimè patronatum dictum sustinerent, ex quo fieret bono publico graue detrimentum obuentur: vnde ab Illustriss. D. Inquisitore Generali retentio est illius imperata. Ex quo sequitur hoc etiam esse Regi nostro gratissimum, qui opera hæc pia passim commendat & fauet: vnde & priuilegij extensio nequit eidem displicere, sine quâ opus dictum stare nequit. Et pro beneplacito huiusmodi illud præterea facit, quod laica tribunalia in casu speciali, pro quo est orta difficultas, se non opposuerint, neque Dom. Prorex post sapientium consultationem voluerit competentiam modo præscripto & vñtato formari. Quod si iurisdictione talis ex Regia concessione procedens, vt iam spirituali coniuncta, spiritualis & Ecclesiastica est, vt latè probat Narbona *Glossa 22.* & alij, id extensionem ex parte Regie voluntatis non tollit, quia quomodo cumque influat, in eam perfectionem transit; & ita similiter est, aut non est, id quod agitur ipsi conforme.

170 Viti-

Circa Titulum XX. Cap. & Concordata Inquisit.

39

170 Ultima. Nam sicut ad extensionem priuilegij facit quod sit in favorem fidei consensum, ita & pietas simile fundat extensionis facultatem: pro quo sapientis in Thesauro dictum, & de quo cumulatius reliquis Tiraquellus de priuilegij pia causa numer. 160. & seqq. vbi quod amplianda, & augenda, etiam iuri communis derogatoria sint. In nostro ergo casu, vbi pietatis est causa manifesta, & non ad vim aut alterum, sed ad innumeros illius beneficium extenditur, priuilegiū est pariter extendendum. Vbi dici satis conuenienter potest, quod si quidpiam ad compellationem familiarium in seruis deest, dum alterius esse probantur, id quidem pietatis additamento abunde compensari. Sicut in penalibus dicunt aliqui id, quod ad perfectionem actus, cui est pena imposita deficit, illius repetitione suppleri. Pro quo Mag. Souffra in Aphorismis S. Inquisitionis Lib. 1. Cap. 59. numer. 8. Sic rationibus firmata positio affirmans, solutione poterit obiectorum amplius roborari.

171 Ad Primum ex prima & fundamentali ratione est prompta responsio, ex enim modo, quo præmium dictum & ea quæ ad illud spectant, dicuntur esse S. Tribunalis, dici etiam potest feruus illius expensis ali. Item ex Secunda, quia licet aliquid ad compellationem deficit, propter favorem priuilegij extenditur. Et idem habetur ex Quarta, & ultima. Stare etiam posse vt quis gaudeat familiaris priuilegio, etiam suis expensis sustentetur, videri apud P. Pellizarium potest *suprā*, qui ad fratres sub eodem teatro viuentes Oratorij priuilegium extendit. Et apud Dianam Parte 4. Tract. 1. Resolut. 30. de familiaribus Episcopi loquentem. Ex quo & aliis D. Fermosinus numer. 44. ad matrem extensionem facit Molfessius Tomo 1. Tract. 3. Cap. 17. numer. 70. Trulench *suprā* cum Ludouico Lopez ad pedissequas certis diebus comitari solitus: & Dub. 3. ad magistros, & Pædagogum. P. Tamburinus Lib. 1. de Sacrificio Missa. Cap. 4. 5. 4. num. 31. ad filios & filias, nurum & generum; dummodo habitent moraliter in eadem domo. Ex quo Vericelli *Tractatu de Miſionibus Quæst. 135. num. 20.* Lezana Tomo 2. Cap. 16. num. 1. ad gratis etiam servientes. Et sic alijs.

172 Ad Secundum dici potest in odiosis & penalibus non valere argumentum, etiam vbi maior est ratio. Pro quo in Thesauro dictum, & videri veterius potest Diana in materia immunitatis loquens Parte 7. Tract. 1. Resolut. 15. num. 2. & 9. P. Molina Tomo 4. Disput. 75. num. 4. Carenna Parte 2. Titulo 6. num. 13. Est autem ratio in nostro casu non leuis. Seruus enim arma portans, ad nocendum ea portare præsumitur, vnde expedit illum statim exarmari, & puniri. Iam autem damno illato, aquum est vt per iudicem eius, cuius est fori, causa ipsius transigatur.

173 Ad Tertium bene ibi responsum de ciuilibus ad criminalia non esse legitimam iallationem. Cuius responsionis impugnacioni dicendum, quod, eti rationes videantur similes, id non obstar, quia & inter criminalia ipsa tales esse possunt, immo & quandoque maiores: nee tamen, vt nuper diximus, ex alii ad alia crimina fieri argumentum potest. Et præterea non est difficile rationem aliquam specialis conuenienter in tali

dispositione deprehendere eam penitus intuenti. Valde enim diuersum est causam coptam auctorari à tribunal, & maioribus inconvenientibus expostam, quam non coptam vti propriam assumere, prosequi, & terminare.

174 Ad Quartum, eti iurisdictione à Rege sit, iuxta illius intentionem posse illam extendi, ostenditur ratione ultimâ, quia respectus boni publici, & eximia pietatis, multum operatur. Cum alias penitus exploratum non sit iurisdictionem ex Regia concessione descendere, vt videri potest apud P. Fermosinus Parte 2. Allegat. 1. ita fine.

175 Ad Quintum, eti priuilegium exemptionis contra ius commune sit, & generaliter, quod tale est, debeat strictè interpretari: id fallere, vbi fauor fidei, religionis, aut pietatis intuerit. Quod probatur ex ipso priuilegio Vrbani Quarti, de quo ibi, cuius extensionem vidimus numer. 167. Priuilegium autem ad procedendum contra hæreticos defunctos in rigore non videatur tale, sed lex penalis omnino, licet in favorem fidei, non tamen alicuius personæ particularis, aut in communis, per quod deficit ratio favorabilis. Nulla enim lex quantumvis penalis est, quæ in favorem boni communis non sit. Priuilegium autem immunitatis fauorem respicit personarum, vnde alterius interpretandum. Facit etiam pro eodem id, quod de Bulla Pij V. si de protegendo, tradid Diana Parte 4. Tract. 7. Resolut. 13. latè scilicet interpretandum, & extendendum vti favorabilem, quia ob publicam utilitatem: cum tamen grauissimas omnium contineat penas. Pro quo & Riccius apud ipsum.

176 Ad Ultimum, Circumspectionem Supremi S. Inquisitionis Tribunalis esse exploratam, sed processu nostro eius esse non obcuram, mente circumspectioni minimè aduersantem. Dum enim iubet patronatum sustineri, consequenter modum conuenientem in eius retensione præscribit: & is est, quem diximus, Regia, & Regiorum Ministrorum voluntati conformis.

Circa modum procedendi in casu dicto.

Ubi viles obseruationes.

177 Sante favorabili resolutione, quam & rationibus & obiectorum dilatatione firmavimus, in reliquis nulla apparet difficultas peculiaris. Procedendum siquidem sicut in causis familiaribus, in quibus an tales sint, nulla potest esse dubitatio, & pro quo etiam est varietas tententiarum. Quando enim causa sanguinis est, committendum laico delegato contendit Narbona *Glossa 21. §. 58. & seqq.* eo modo, quo Prælati iurisdictionem habentes temporalem, committere causas huiusmodi solent: quod si non ita sit, irregularitas non poterit evitari, si Curia seculari reus conclusa causa tradatur. Videlicet autem neque ad torturam posse procedi nisi à delegato dicto, quia cum sit illa ad tentiant sanguinis ordinata, ad eum spectat, ad quem & sententia. Alijs si reus in tortura crimen faceretur, & iudex qui torturam indixit, atque eidem præfuit, confessionem delegato traderet, causa sanguinis se manifeste immitceret, & perinde ef-

NNN 4